21. EXTRA PORTAM HERCVLANENSEM IN VIA Q. D. SEPVLCRORVM.

994. 995 [=2315] inter ipsam portam a sinistra exeunti et sepulcrum A. Veii sepulcrum fuit nunc deletum [n. 15 formae Zangemeisteri] quod Winckelmannus scribit fuisse arcum apertum et humilem (*cappella a volta* ACTA) cum titulo bis repetito, scilicet et in parva ara cum quattuor cornibus in media aedicula collocata [quod exemplum n. 995 postea fregerunt operae neque superest nisi parva pars] et in cippo ad parietem e regione introitus posito alto palm. rom. $7^1/_2$ [n. 994 adhuc integer in museo Neapolitano], cui sub titulo statua videtur fuisse immissa (*sotto l'iscrizione, la quale ha due corvi scolpiti abbasso, viene una nicchia ornata di marmo bianco e cornice molto stretta — circa 7 once — e dentro v' è la pedagna di qualche statua* ACTA), ut in ara ante defuncti imaginem ipsi iusta fierent. Ita ACTA 13 Aug. 1763 [ed. 1, 1, 153 = 1, 2, 113] et WINCKELMANNVS.

994

M · C E R R I N I V S
R E S T I T V T V S
AVGVSTALIS·LOC·D·D·D

995

M· *C*ERRINIVS
*RE*STITVTVS
A V G V S T A L I S
L O C O · D A T O
D · D

Descripsi priorem et ex posteriore quod superest recognovique utramque. Ed. utramque Winckelmann *Werke* II, 179; de Iorio p. 46 = 32; Guarini fast. ed. 1 p. 171; Fiorelli *descriz.* p. 401, cat. n. 1362. 1294.

Ex posteriore quae perierunt, dedi inclinatis.

M. Cerrinius Restitutus nominatur inter testes apochae n. 104.

996 [=2316] rep. in medio sedili iuxta sepulcrum M. Cerrinii IORIO; *nella muraglia sopra il sedile di Mamia, incastrata in una base di peperino* ACTA 17 Mart. 1764 [ed. 1, 1, 155 = 1, 2, 115]. Locus est n. 14*a* formae Zangemeisteri. Extat Neapoli in museo; exemplum, quod Pompeiis prostat, est recentis operis.

A · VEIO · M · F · II · VIR · I · D ·
ITER · QVINQ · TRIB ·
MILIT · ÁB · POPVL · EX · D · D

Descripsi et recognovi. Diss. Isag. p. 62; Guarini comm. VI ed. 1 p. 9, ed. 2 p. 28, fast. ed. 1 p. 47; de Iorio p. 45 = 32; Fiorelli *descriz.* p. 402, cat. n. 1330.

Titulum ad Augusti aevum accedere probabile est, cum nominetur in eo tribunus militum a populo (v. ad n. 788. 789).

997 [=2317] litteris vetustis in lapide molari (Nissen *Pomp. Stud.* p. 7). Extat Pompeiis ad latus sepulcri Mamiae loco qui est n. 14 formae Zangemeisteri: '*restava in parte coperta dal piano antico; la misura determinatavi è appunto quella della parte anteriore dello stesso sepolcro che resta fra un altro sepolcro ed un viottolo. Fu lasciata nel suo luogo.*' ACTA 23 Sept. 1769 [ed. 1, 1, 235 = 1, 2, 116].

M · P O R C I ·
M · F · EX · DEC ·
D E C R E T · I N ·
F R O N T E M ·
P E D · X X V
I N · A G R V M
P E D · X X V

Descripsi praeter v. 7 in terra latentem. Est in vol. I n. 1248. Giustiniani *diz.* vol. IX p. 295; Mazois t. I tab. VII; de Iorio p. 42 = 29; Guarini fast. ed. 1 p. 40; Fiorelli *descriz.* p. 402.

7 supplevi ex actis.

De aetate v. ad n. 844.

998 [=2318] Pompeiis in sedili prope portam ACTA 25 Iun. 1763 [ed. 1, 1, 152 = 1, 2, 113] n. 13 formae Zangemeisteri. Sepulcrum, quod olim pone sedile visebatur, dudum interiit; vide de ea re Winckelmannum.

sic MAMIAE · P · F · SACERDOTI · PVBLICAE · LOCVS · SEPVLTVR · DATVS · DECVRIONVM · DECRETO

Descripsi et recognovi. Winckelmann *Werke* II, 178; Mazois t. I tab. VII; de Iorio p. 41 = 29; Guarini fast. ed. 1 p. 111; Fiorelli *descriz.* p. 403. Orelli 2191.

Eiusdem est n. 816.

999 [=2319] cippus hermae similis, rep. Pompeiis prope sepulcrum Mamiae una cum n. 1013 d. 28 Mai. 1763 ACTA [ed. 1, 1, 151 = 1, 2, 112]; unde intellegitur hoc loco non uni Mamiae, sed sacerdotibus publicis omnibus sepulturam datam esse. Extat Neapoli in museo.

ISTACIDIA N · F
RVFILLA · SACERD
PVBLICA

Descripsi et recognovi. Guarini comm. VI ed. 1 p. 40, ed. 2 p. 49, fast. ed. 1 p. 151; de Iorio p. 44 = 31; Fiorelli cat. n. 1361.

1000 [=2334] cippus hermae similis, rep. Pompeiis prope sepulcrum Mamiae ACTA 7 Apr. 1770 [ed. 1, 1, 237]. Extat Neapoli in museo.

A ❧ B V C C I V S ❧
VICTOR ❧ V ❧ A ❧ XIIX

Descripsi et recognovi. De Iorio p. 237 = 171; Guarini fast. ed. 1 p. 184; Fiorelli cat. n. 1332.

1001 [=2332] rep. Pompeiis prope sepulcrum Mamiae ACTA 7 Apr. 1770 [ed. 1, 1, 237]. Extat Neapoli in museo.

BVCIA · APTA

Descripsi et recognovi. De Iorio p. 237 = 171; Guarini fast. ed. 1 p. 184; Fiorelli cat. n. 1333.

1002 [=2333] Pompeiis prope sepulcrum Mamiae rep. ACTA 7 Apr. 1770 [ed. 1, 1, 237].

A P T A · B V C C I A
VIXIT · ANN . . . .

Servarunt acta l. c., unde ed. de Iorio p. 237 = 171 et Guarini fast. ed. 1 p. 184.

1003 [=2336] rep. Pompeiis ante aliquot menses quam detectum est sepulcrum Mamiae eodem loco ACTA d. 9 Apr. 1763 [ed. 1, 1, 150 = 1, 2, 104]. Extat Neapoli in museo.

*c. f*A B I O · S E C V N D O
M A R C I A · A V C T A
VXOR
FECIT · ET · SIBI · ET ·
FABIAÉ · C · F · GRÁTINAE
FILIAE

Descripsi et recognovi. Ed. de Iorio p. 237 = 171; Guarini fast. ed. 1 p. 185; Fiorelli cat. n. 1328.

1004 [=2323] Pompeianam iudico. Est Neapoli in museo.

L · IST*acidius*

Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 1359.

1005 [=2321] cippus hermam referens, rep. Pompeiis ad sepulcrum Mamiae una cum n. 1013 d. 28 Mai. 1763 ACTA [ed. 1, 1, 151 = 1, 2, 112]. Extat Neapoli in museo.

N · ISTACIDIO
CAMPANO

Descripsi et recognovi. De Iorio p. 44 = 31; Guarini fast. ed. 1 p. 152; Fiorelli cat. n. 1360.

8133 Castellamare Stabiarum rep. c. a. 1876 in episcopio.

SEX · ATTI · L · F · MEN
EX · TESTAMENTO
ARBITRATV · SEX · ATTI · SEX · L · EROTIS
ET · ATTIAES · SEX · L · IVCVNDAES

Recognovi descriptam a. 1877 a Stevensonio. Misit item Barnabeus.

Edidit Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 239 et denuo 1879 p. 25.

8134 arca saeculi ut videtur tertii, rep. Castellamare Stabiarum in episcopio c. a. 1876.

in operculo ornato personis delphinis equis marinis:

BETTIAE · FELICITATI
INNOCENTISSIMAE
FEMINAE · BATINIVS
IVLIVS · CONIV · KARISSIM

in arca:

puer personam sustinens | vas ansatum cum pomis et frondibus | puer personam sustinens

Recognovi descriptam a Stevensonio. Misit item Barnabeus. Ediderunt Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 239 et denuo 1879 p. 26 et Rossius *Bull. crist.* 1879 p. 119.

8135 supra arcam rep. titulus Castellamare Stabiarum una cum n. 8132.

CORNELIAE · FEROCIAE
Q · VIX ANN LVIIII M XI D XV
CORNELIVS CARPOPHORIAN
MATRI DVLCISSIMAE

Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1879 p. 225; I. B. de Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 119.

8136 Casolae (prope Gragnanum) in ecclesia parochiali minore in pavimento pro gradu antea, iam ibi in aedibus publicis.

C · VALERIO · C · F · FA| *l*
RVFO · LICINIA · VX| *or*
VIRO · SVO · BENE · ME| *renti*
ET · SIBI · VIVA · FECIT|
HOC · MONVMENTVM| *siue*
SEPVLCRVM · H · N · S|

Minervinius misit acceptam a syndico Casolensi Eugenio Raffaelli.

8137 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8131.

N I A E S
T ∞ ANNI
DIEB ∞ X
∞ I A H

R
F M

Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1879 p. 26. Misit item Barnabeus.

8138 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8131. Pauca litterarum vestigia remanserunt stemmate medio aevo eidem lapidi inciso.

////////CIVN∪///
////////‾IIIIII///
Ꝺ · Ꝗ///IIVS/O//E
//////ΛI////////

Stevenson vidit.

8139 Castellamare Stabiarum rep. ad latus episcopii 4 Iul. 1879.

DEPSSIO INFATES
ASELIES QVE VIX
IT ANNVS TRES
FFLL VINCENTIO
ET FRAVTO VV CC p. C. 401
CONSS

Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1879 p. 208 (inde Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 122).

8140 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

IN NOMINE ☧ HIM
OPPIO PAVLO · DVL
CISSIMO · FILIO · QVI
VIXIT · AN · V · M · XI · D · II
DEPOS · VIII · IDVS · MAIAS
Ᵽ B ☧ M Ᵽ

Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1879 p. 225; I. B. de Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 120.

1 *in nomine Christi Hi(esu)m* explicat Rossius, citans Tropeanam n. 8076. — 5 DIPOS Rispoli.

8141 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

LINEATIHE
PVELLHE — columba cum ramo olivae — ☧
an NVOS SEX
BENEMERENTI

Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 121.

Lapis integer est, deficit adiunctus quo continebantur versuum exordia.

8142 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

LVCE RENOBATVS ⟨A⟩

Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 121.

Hexametri exordium.

XXXIV. POMPEII (p. 89).

ad p. 89. Ad celebranda cladis Pompeianae saecularia septima decima quod nuper prodiit volumen *Pompei e la regione sotterrata dal Vesuvio nell' anno LXXIX* (Neapoli 1879 pp. 291 et 243. 4.), in eo Michael Ruggieri (1 p. 5 sq.) diligenter disputavit de litore maris quale fuerit tempore excidii. Eam quaestionem mox retractavit A. Mau *Bull. dell' Inst.* 1880 p. 89 (cf. mus. Rhen. 36 p. 326).

ad p. 90. Ruggierus l. c. (vide ad p. 89) p. 13 seq. quod probatum ivit Pompeios interiisse facta eius autumni vindemia vinoque novello ad fumum exposito, libris Plinianis certe contrarium est, secundum quos non licet pro IX k. Sept. substituere IX k. Dec.

ad p. 94. A me rogatus Augustus Mau, ut in genera lapidum, quibus incisi sunt tituli Pompeiani, diligenter inquireret, misit mihi recensum hunc.

'Ex titulis Pompeianis lapidi molari (*lava*) incisi sunt n. 821. 870. 871. 997. 1007 ('*piedra viva*' Acta). 1015 ('*piedra viva*' Acta).

Lapidi tofaceo incisi sunt n. 787. 868. 956. 973. 993. 998. 1006. 1016. 1041. 1043. 1067. 1069. 1070.

Lapidi Tiburtino qui dicitur (*pietra di Caserta*) n. 788. 790. 791. 793. 800. 811. 812. 819. 829. 831. 844. 852—859. 937. 1008. 1010. 1011. 1018. 1036. 1039. 1057. 1060. 1064.

Marmori n. 789. 792. 794—799. 801—810. 813—817 (817 litteris aeneis). 820. 822—828. 830. 832—843. 845 (litteris aere incrustatis). 846. 847. 849. 850. 851. 860—866. 884—906. 908—926. 929—936. 939—951. 953. 954. 955. 957—972. 974—977. 980. 981. 983—986. 988. 991. 992. 994. 995. 996. 999—1005. 1009. 1012. 1013. 1014. 1017. 1019—1035. 1037. 1038. 1040. 1042. 1044—1056. 1058. 1059. 1061. 1062. 1063. 1066. 1068. 1071. 1072. 1073. 1076—1079.

Aeri n. 818. 867. 869. 927.

Plumbo n. 883.

Opere museo facti sunt n. 848. 872—882.

Ignoratur materia titulorum n. 907. 928. 938. 952. 978/9. 982. 987. 989. 990. 1065. 1074. 1075'.